3679*a* Tibure in fragmento baseos MAR. Locum non indicat FEA. Extat Tibure in curia. Litterae sunt cm. 1—1/2.

patera

s ET · M · MVCIVS · TIBVRTINVS · IIII VIRI
C/LIAPTA ADITV DATO SEXTILIO EPH/////
ONTINEBATVR VTI PERMI ////
APENSA · OMNI SV THENS
ESQVILINA PONI RESI
F · P · D E · R · I CENSVER
E VIRGINIS · VESTALIS
MVNIFICVS ERGA REM PVBLIC
TA · BASE MARMOREA SVB
A · ESQVILINA
PERMITTIQVE IT TIT
O SIGNIFICARI ADII
ATVS · N · CONSVLTO C
CETERIQ
fragmentum urcei EMPLVM E
LINT
RVNT
TITIANOC
ADFVER
F/////F V

Descripsi. Marini ms. Vat. 9127 f. 256′ et 258′, ubi dicit exscripsisse Regium, edidit Arv. p. 6; Anonymus apud Feam sched. f. 104.

Auctor Marinii omisit vv. 2—5 ut lectionis desperatae; reliqua accurate excepit et consentit fere cum apographo meo. — 1 in. S litteram ego non vidi, habet Mar. (ms.) (omittit Mar. ed.; nec magis habet Fea). — V. 1 in fine utrum integer sit an fractus, non constat. — 2 in. dedi ut excepi; prima littera videbatur esse aut S aut C, secunda A, sexta P; MARTA Fea. — 4 THENS] in T et H non agnovi nisi hastas rectas. — 7 priorem S in VESTALIS ego non agnovi, habet Mar. — 10 in. TA Mar. — Spatium post ESQVILINA utrum vacuum relictum sit a quadratario an scriptura evanuerit, diu haesitavi; illud tamen magis verum esse visum est. — 11 TT ego, TT Mar. ms. (EI ed.), TI Fea. — TITVL Mar. — 13 fin. dedi ut excepi cum primum lapidem descripsi, et ita etiam Mar.; postea delevi Ꝺ addens post CONSVLTO videri spatium vacuum relictum a quadratario. — 15 fin. ultima littera videbatur esse E vel B, fortasse D, non H. — 20 PV Mar.; om. Fea.

Inscriptionem n. 3679*a* coniunxi cum n. 3679 in annalibus inst. arch. 1882 p. 117 seq. Apparet basis a C. Sextilio Ephebo sub thensauro Herculis dedicatae (cf. infra) frontem cum particula lateris quae singulorum versuum in eo exaratorum principia servabat prodiisse ante saeculum XVI, partem a fronte olim avulsam latuisse usque ad finem saeculi superioris; illa descripta ab eis qui saeculo XVI Tibur adierunt olim periit; haec meliore fato usa pervenit in aedes publicas Tiburtium. Illa potest antiquitus stetisse eo ipso fere loco ubi descripta est (cf. ann. inst. l. c. p. 127); haec ubi prodierit, nemo tradidit.

Lege: *C. Sextilius v(irginis) V(estalis) Tiburtium lib(ertus) Ephebus, Herculanius Augustalis, curator* [nempe Herculaniorum, ut in n. 3675]; deinde videtur periisse *H(erculi) V(ictori) d(ono) d(edit)* vel similis dedicationis formula.

Verba in latere exarata sic fere redintegrari posse videntur. *Quod L. Alfenatius ...s et M. Mucius Tiburtinus IIII viri* | 2 *IIII k(alendas) Septembres* . . . [*in basili*]*ca* (?) . . . . ., *aditu dato Sextilio Eph*[*ebo*], | 3 *cognita petitione* [*eius, qua c*]*ontinebatur, uti permi*[*tteretur*] | 4 *ei basim marmo*[*ream sua i*]*mpensa omni sub thens*[*auro*] | 5 *Herculis et Augus*[*ti porta*] *Esquilina pon*[*e*]*re, si*[*cut d(e) e(a) r(e)*] | 6 *auctoritas per*[*scripta est, q(uid) d(e) e(a) r(e)*] *f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) censuer(unt)*]: | 7 [*C*]*um C. Sextilius, Sa....*[*a*]*e virginis Vestalis* [*lib(ertus)*] | 8 *Ephebus, non hod*[*ie primum*] *munificus erga rem public*[*am*], | 9 *exornaturus s*[*i*]*t* [*eam posi*]*ta base marmorea sub* | 10 *thensauro Herc*[*ulis por*]*ta Esquilina* | ; 11 *agere grate*[*s S*]*ext*[*ilio Ephebo*] *permittique it titu*[*lo*] | 12 *quoque nomine s*[*uo inscript*]*o significari, adi*[*ecto*] | 13 *in inscriptione l*[*ateris sen*]*atus n(ostri) consulto, q*[*uo*] | 14 [*f*]*acilius ceteri quo-*| 15 *que exemplum e*[*ius*] | 16 [*s*]*equi velint.* | 17 [*C*]*ensuerunt.* | 18 [*Sq*]*uilla et Titiano c*[*os.*] (a. p. C. 127). | 19 *S*[*c*]*ribendo adfuer*[*unt*] | 20 . . *Attius* . . . Bonam partem supplementorum suggessit Mommsen.

3680 tabula marmorea. Rep. Tibure d. 21 Aug. 1850 cum distruitur *una fabbrica a manca della via, che muove ai tempii di Vesta e della Sibilla* VIOL.

D M
T · SEXTIVS · LATERANI
LIB · EVTVCHVS · ET · SEXTIA
GRAPHE · FECERVNT · T · SEXTIO
5 MAGIANO · OPTIMO · ET · PIO · FILIO · IIII · VIR
AED · POT · HER · AVG · VIXIT · ANNIS · XXII · MENS · IIII
DIEBVS · IIII

St. Viola *giornale arcad.* 125 (1851) p. 180 (inde repetita est in Borghesii opp. t. 8 p. 262).

De Sextiis Lateranis egit Borghesius in epistula data ad Violam d. 24 Sept. 1850 (opp. l. c.). — 3 EVTVCHVS, non EVTYCHVS, edidit Viola.

3681 tabula marmorea litteris magnis et pulchris. Romae *presso un marmorajo a strada Felice* GIOV. Romae in via prope arcum Reginae, rep. prope pontem Lucanum MAR. (ms. Vat.). Hanc de origine inscriptionis indicationem veram esse, certe oriundam esse inscriptionem ex agro Tiburtino ostendit v. 2. In museo Vaticano MAR. (*iscr. Alb.*). Ibi extat (*Gall. lap.* Dii I).

P · STAEDIVS · P · L · PRIMVS
MAG · HERC · ET · AVG
VENVLEI*AE* · *M* · *L* · *PRIMAE*
AFRICANI

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Giovenazzi ms. Vat. 9144 f. 111; Marini ms. Vat. 9123 f. 94, edidit *giornale pisano* 12 p. 73, *iscriz. delle ville Albani* p. 106.

Versus 3 tunc cum marmor repertum est pleraeque litterae erant mutilae, sed legebantur; in museo Vaticano singulas litteras minio pinxerunt, ut antiquae esse videantur certe eis qui humi stant (nam marmor alto loco collocatum est) sola sex vel septem primae; reliquas igitur dedi inclinatis ex Giovenazzio et Marinio (ms. et *giorn. pis.*) consentientibus (Marinius *iscr. Alb.* L literam in lacuna omittit).